



in generatione, & per ultimum non esse incipere, liquum habeat minimum quod sic, & per ultimum esse desinere, vel materia esse sine forma, quapropter redit ad omnem terminum, neque debet, debent inanimatis, & generationem, & corruptionem ipsorum non ex magnitudine, vel paritate petere; ita fit dispositio necessaria, sed potius ex qualitatibus ipsius convenientibus, vel contrariis. Ista ratio non recte percipi potest, nisi de modis incipiendi, & desinendi perfecta prius cognitio habeatur; quam trademus disp. 14. Tandem contra Conimb. sustentantes generationem ignis v. g. post acquisitionem primae partis successivae deinde fieri, est argumentum deultima ligni parte, quando enim pervenitur ad maximum quod non ligni, jam in illa materia non est amplius ligni forma, aliter non esset maximum quod non; neque est forma ignis, quia cum sit illa materia divisibilis, consequenter non erit tota disposita, sed uniformiter diffunderet altera, scilicet solum propinquior pars erit disposita perfecte, non remotior, unde ut hoc evitetur, debet dici, quod tunc forma ignis in instanti in tota illa materia introduceretur in instanti disposita ab agente, quod est falsum, quia vel agens talem habet virtutem ante, & sic semper in instanti disponeret, & generaret, vel non habet, & sic nunquam instantaneum ageret, vel quod introduceret formam in materia indispoluta secundum qualitates quod etiam est falsum quia si forma potest esse absque dispositionibus propriis qualitatibus, multo magis absque dispositionibus quantitatibus, & sic fit divideretur minimum ligni, non per hoc forma ligni destrueretur.

106 Quod tandem possit dici habere terminos extrinsecos magnitudinis, scilicet quod fit infinitum in actu, & parvitas aliquid punctum, quae erant secunda pars cor. Patet, quia infinitum in actu non est divisible per potentia Deihabituata, ergo quolibet continuum non potest esse sub magnitudine actu infiniti, bene tamen sub qualibet minori. Neque continuum potest esse sub puncto, quia continuum est essentialiter in partes divisible, punctum est essentialiter indivisible, ergo continuum nequit esse sub puncto, sed bene sub qualibet quantitate maiori. Hoc tamen non proprie dicitur, quia inter punctum, & molem, & inter infinitam magnitudinem, & finitam non est proportio, ergo nec majoritas, nec minoritas proprie; unde non recte infinitum in actu minimum quod non, nec punctum maximum quod non appellatur.

In contrarium obicitur, probando, res naturales determinatam molem exposcere. Tum quia Arist. 1. Phys. 36. & 38. ait, dari minimum eadem, ex qua non possit alia extrahi. & 2. de Anim. 41. habet quod minimum natura constans est determinata ratio magnitudinis, & augmenti, & in lib. de Sensu, & Sens. c. 6. videtur velle, passiones naturales, sensibiles scilicet qualitates non esse in infinitum divisibiles, quia tunc sensus posset intendi in infinitum, quia ad percipiendum minus, & minus requiritur acutior sensus. Tum 2. quia omne ens ratione sui, & omne corpus ratione formae habet finitum, & determinatam naturam, ergo secundum hanc explicat certam quantitatem mensuram, sicut determinat explicat qualitates; unde Arist. 2. Phys. 38. habet, quod causa, & effectus commentantur ad invicem, & determinatae causa determinat habet effectus, & 2. de Anim. 24. adus activorum est in agente bene disposito. Tum 3. quia natura producit rem quolibet propter aliquam operationem ab eadem re excedendam 2. de Gen. 17. & 1. Eth. c. 7. sed non potest re quolibet operari, nisi determinatam habeat quantitatem, ergo &c. Tum 4. quia in mixtura quidam liquores, ut aqua, & vinum, dum inter se miscentur, amittunt propriam naturam, & in aliam convertuntur, & hoc quia adeo inter se comminguntur, ut in tam parvis partibus per se conservari non possint. Tandem quia actio provenit ex portione maioris inequalitatis, ut dicitur in lib. de Gen. id est fit propter excessum activitatis agentis supra resistantiam passivae, sed isse excessus est determinatus, ergo qualitas propter talem excessum producta erit determinata, & in instanti producibilis.

107 Resp. ad Arist. ex Scot. 2. d. 2. q. 9. M. quod in 1. Phys. arguit contra Anaxagoram ponentem ex quolibet generari, & extrahi posse quodlibet, contra, inquit Arist. datur res, ut caro, quae determinatam habet magnitudinem, quare non poterit ex quolibet minima aqua segregari, unde sufficit, quod aliqua res detur, quale est vivens, determinatam exposcens magnitudinem, ut verificetur ratio Arist. hinc loquitur de homogeneis, & non simpliciter, sed ut constituentur heterogeneum animatum, & quatenus segregatio fieret secundum partes aequales, & determinatas. In 2. de An. loquitur de animatis, de quibus est verum assumptum, ut dicitur art. 6. in lib. de Sensu, & Sens. inquit Scotus, quod loquitur de qualitate sensibilibus non secundum se, sed ut sensibilibus est quomodo requirit determinatam magnitudinem: Ad 2. antecedens est verum de essentiali, & quiddativa perfectione, non de quantiativa, ad quam pertinet maior, vel minor rei extensio, & hac ratione requiruntur determinati gradus intentionis qualitatis, quia illi consequuntur perfectionem intentionalem, quae sicut determinata est, ita determinata postulat gradus, ac sicut substantia indeterminate est in extensiva perfectione, ita in quantitate; non sequitur tamen ex hoc, qualitates determinatas esse, quia aliud est loqui de ipsis secundum proprias naturas, aliud, ut dispositiones sunt formarum. Ad 3. propositionem Arist. esse veram de rebus perfectis tantum, & conservantem non indigentibus, vel sufficit, ut saltem res illa potentia habeat exercendi propriam operationem, etiam si solitarie, saltem cum altero adjuncto, quod competet particulis illi admodum parvae, ut notat Scot. cit. lit. N. & in 4. d. 44.

9. 1. §. Quamvis ergo ad istum art. etc. Ad 4. non semper in mixtura liquores in tertia natura transeunt, sed vel remanent, vel unus in alium prevalenter convertitur, cum vero transeunt, non provenit ex ratione assignata, sed potius quia ex motu actione, & reactione talis qualitas temperies resistit, ut alia tertia entitas sequatur. Ad 5. quando potentia agentis est ad formam successivae producibilem, excessus requisitus est determinatus non intrinsecus, sed extrinsecus, ita ut tantum non sufficit, sed bene qui liber major, ut dicitur in lib. de Gen. disp. de ad. & ad. hinc negatur, formam primo producendam esse determinatam; quando vero est ad formam in instanti producibilem, qualis est anima, excessus est intrinsecus determinatus.

ARTICULUS II.

Offenditur, quomodo termini viventibus competant.

108 Dicitur, viventia ex propria natura terminos habere magnitudinis, & parvitas, non extrinsecos, sed intrinsecos in quocunque statu; ac supernaturaliter, excepto puncto, & infinito nullam terminum agnoscunt, praeter viventia illa indivisibilia anima praedita, quae versus magnitudinem etiam de potentia Dei sunt intrinsecus terminata; probatur singula. Primo quod sunt naturaliter terminata. habetur a Scot. 2. d. 2. q. 9. N. habetur quoque ab Arist. 1. Phys. 36. 2. de Anim. 41. 2. de Gen. An. c. 1. & 7. Pro. c. 4. ubi aperit ipsam afferunt, & patet ratione, quia anima est actus corporis organici, cuius membri utitur tanquam instrumentis ad varias operationes exercendas, ergo nequit quodlibet corpus sub quacunque magnitudine, vel parvitate existens informare, quia posset ob magnitudinem, vel parvitate improprietate evadere, ut patet in instrumentis artificialibus. Tum quia virtus animae est finita, & limitata, augentur quoque viventia non ab extrinsecis, ut inanimata, sed propria virtute, ergo ad certam magnitudinem poterunt pervenire.

109 Secundo, quod isti termini sunt intrinseci, non extrinseci, colligitur ex Scot. cit. ubi loquens de principio augmentativo in animatis, ait, quod debet esse determinatum ad quantitatem perfectam illius speciei, ut illam solam producat, & non ultra illam, quod est habere terminum intrinsecum. Probatur de termino versus magnitudinem tum ex Arist. cit. praecipue ex 2. de Gen. Anim. tum ratione, quia rem aliam habere terminum intrinsecum magnitudinis est attingere quantitatem aliam determinatam proprio indivisibili, ut ultra illam nequeat procedere, habere vero terminum extrinsecum, est non posse pervenire ad aliquam quantitatem determinatam proprio indivisibili, bene tamen ad quamlibet infra illud indivisible, quae proinde indeterminata erit, ita ut tota differentia in hoc consistat, ut habens terminum intrinsecum, habeat magnitudinem, & indivisible illam terminans, habens vero extrinsecum, habeat solummodo aliquam magnitudinem incompletam, & abique indivisibili ipsam terminante, sed impossibile est dari rem aliam, quae pertingere possit totam magnitudinem, & non indivisible illam complecti, ergo impossibile est dari aliquod vivens termino extrinsecis tantum terminatum, cui scilicet magnitudo aliqua illi non repugnet, sed indivisible illam complecti repugnet. Min. probatur, quia indivisible additum divisibili non facit majus extensivè, ut dicitur est supra qu. 2. art. 4. ergo potest attingere totam magnitudinem divisibilem, attingit quoque indivisible terminatum illius, aliter si excluderetur ab illo indivisibili, hoc esset, quia excederet suam magnitudinem naturalem, ergo indivisible additum divisibili faceret majus. Dices, indivisible facere majus divisibilitate, & entitativè. Contra, sufficit, ut majus non faciat extensivè, implicata enim sumitur in ordine ad maiorem, vel minorem extensionem, & molem, ergo cui non repugnat extensio aliqua magnitudinem, non repugnat habere indivisible terminans illam. De parvitate idem patet, quia anima praecipit corpus perfecte organizatum, unde in instanti introducit in illo, ergo etiam determinatum, & completum, seu intrinsecus terminatum, vel maxime quia membra supponit ut instrumenta apta ad agendum, de quorum ratione est, ut in actu primo sint entia completa, & intrinsecus terminata, aliter si deberent novam quantitatem recipere, ut apta redirentur, non essent perfecta organa, nec corpus illud esset vero organum, verum est tamen, quod isti termini diversi sunt pro diversitate specierum. Ex dictis patet falsitas asserti a Mafio art. praec. cit. quod mixta heterogenea terminos habent magnitudinis, non enim ab intrinsecis augentur, sed ab extrinsecis, nec partibus utuntur ut instrumentis, & universaliter cessat in istis omnis ratio, quia terminus magnitudinis in viventibus probatur.

Tertio, quod de potentia Dei non possint esse sub puncto, & sub infinito in actu. Patet ex dictis art. praec. & maxime, quia anima est actus corporis organici, punctum autem ob formam indivisibilitatem nequit organa habere.

110 Quarto, quod versus magnitudinem viventia animam divisiblem habentia non habeant terminum determinatum, bene tamen quae indivisiblem habent animam, ut homo, quamvis expresse non habeatur a Scot. colligitur tamen evidentiter ex duobus principis: primum est, animam etiam de potentia Dei non posse informare plures materias simul, ut videmus disp. 5. q. 7. art. 2. cum ipso in 3. d. 1. q. 2. alterum desumitur ex 4. d. 44. q. 1. quod in augmen-

tatione in aliis viventibus ab homine acquiruntur nova pars fornicatae liquoris in tertia natura transeunt, sed vel remanent, vel unus in alium prevalenter convertitur, cum vero transeunt, non provenit ex ratione assignata, sed potius quia ex motu actione, & reactione talis qualitas temperies resistit, ut alia tertia entitas sequatur. Ad 5. quando potentia agentis est ad formam successivae producibilem, excessus requisitus est determinatus non intrinsecus, sed extrinsecus, ita ut tantum non sufficit, sed bene qui liber major, ut dicitur in lib. de Gen. disp. de ad. & ad. hinc negatur, formam primo producendam esse determinatam; quando vero est ad formam in instanti producibilem, qualis est anima, excessus est intrinsecus determinatus.

111 Resp. negando assumptum, cum probatur ex Scot. explicamus ipsum, nam ibi impugnas minimum naturale tres modos dicendi affert, quibus tale minimum declarat; primus est, ut minimum naturale fit illud, quod partibus integrabilibus omnino caret; secundus, quod possit naturaliter exillere, licet in eo reperitur aliqua pars minor, non tamen potens per se exillere; tertius, ut si pars aliqua formae sine materia, & omitto tertium tanquam falsum, impugnat primum, & secundum, & contra primum adducit rationem jam formatam, quae utique concludit, nam si omne quantum ratione quantitatis est in partes divisible, ergo idem ratione formae non potest dici minimum, ut omnibus partibus careat, & simpliciter indivisible dicatur, quia sic forma naturalis, & quantitas essent incompossibiles, sicut effectus formales ipsarum incompressibiles sunt; & quod hic fit sensus Scoti, patet ex hoc, quae postea subiunguntur, nam ait, si illud minimum daretur; omnes rationes Arist. concluderent contra illud, quod 6. Phys. contra compositionem continui ex indivisibilibus effermat, nam si est quantum, ergo habet partes; ergo datur aliqua pars minor in eo existens, ergo nequit esse simpliciter indivisible; ut caro punctualis, nec possent ista minima facere majus, quia indivisible additum indivisibili non facit majus, ecce intentum Sc. praeterquam quod illud minimum in priori sensu partes habere, jam coincideret cum secundo modo; ad propositum, ergo ratio Scoti concludit contra illam modum, quia habere partes est de essentia quantitatis, & divisibilitas in illas est eius passio, ergo omne quantum partes habere debet non erit igitur simpliciter indivisible; nos non dicimus, viventia partibus carere, etiam quatenus viventia, led solum non posse sub minori, & minori quantitate existere; quod est cum quantitate; Tum quia quantitas proprie afficit formam corporeitatis, & corpus, non animam, unde remanet ad huc post examinationem, hinc non recte aliqui Sc. ex ista ratione negant minimum in non viventibus, quia neque ad hoc probandum utitur illa Doct. 111

112 Ad 2. potest esse in puncto in ordine ad locum, non vero in ordine ad se, ut partibus omnino careat. Ad 3. negatur potentiam nutritivam naturam liter posse in infinitum tendere, differt enim virtus nutritiva ab augmento non viventium, quod illud fit infinitum crescere; ac illud fit ab intrinsecis per alimenti iustum sustentationem, nec solum est conversio alimenti in viventibus, sed etiam restauratio perditio, & ideo non semper fit augmentatio, quamvis semper fit nutritio, ut in lib. de Gen. dicitur. Gigantes autem non praeerierunt terminum magnitudinis naturae humanae, sicut nec Pigmaei (si dantur) terminum parvitas, nam inter parvitas, & magnitudinis terminos aliquid speciei datur latitudo, quia indivisus illius speciei alia sunt majora alia minor, quod precipue convenit ex conditionibus extrinsecis, scilicet loci, temporis, materiae, &c. & idem in plantis videmus, quae in aliquibus regionibus mirum in modum excreverunt, in aliis vero valde sunt diminutae; Crocodilli, si diu viverent, non semper augerentur, sed quancunque ad statum augmentationis pervenirent. Ad 4. in casu hieret tantum alimentum conversio, quanta viventis substantiae per actionem caloris naturalis fuisset facta perdidit.

Secundo quod non habeant necessario terminos intrinsecos, sed extrinsecos, datur maximus homo, & morsu veneno in se invicem, vel moritur, vel non; si non, daretur major maximus, si primum, ergo quia tunc non est homo, cum incipit infansio, & haec per ultimum non esse incipit, cum fit motus, homo desinet per ultimum esse, quod est contra Arist. 8. Phys. 69. dicentem, formam permanentem per primum esse incipere, ergo forma sequens ad mortem hominis taliter incipere, ergo vel duo infantia imediata, vel homo necessario per primum non esse desinare debet, idem potest dici versus parvitas, si restringeretur, & condatetur.

Resp. negando assumptum, tum quia infansio est quaedam actio per extrinsecum humorum etiam in anima, tum quia non implicat, vivens per ultimum esse desinare, ut disp. 14. in fine dicitur, Arist. vero loquitur in plurimum, & quando forma subiectiva per primum esse incipit; modo non datur nova forma adveniens, quia forma corporeitatis iam praerit. Per rarefactionem vero, & condensationem non acquiritur, vel perdidit nova virtutes, ut inquisimus q. 1. & in lib. de Gen. fusius dicimus.

113 Tertio ad idem contrarietatem fundamentalem, si quod est potest pertinere quantitate aliquam, nolumus quoque est attingere indivisible completivum, sequitur, potest dari terminum extrinsecum in rerum natura, sed omne intrinsecum esse quod patet esse falsum, quia isti termini sunt ab omnibus accepti, & nos in praecedenti diximus, excessum ad agendum, quando forma in tempore producit, esse intrinsecus determinatum, multo enim qualitates, ut dispositiones sunt formam substantialem, extrinsecus determinatae dicuntur tam versus magnitudinem, quam versus parvitas. Signala prob. eadem ratione, quae probatum est, quodlibet viventium terminum intrinsecum, non extrinsecum habere.

Resp. quod si loquar de termino extrinsecis versus magnitudinem, concedimus, nullam dari extrinsecum terminum ex natura rei, quia ut optime prob argumentum, quod potest pertinere aliquam quantitatem, pertingit quoque indivisible terminatum illius, ac posset dari ratione alterius, & per accidens, si scilicet forma aliqua substantialis ad existentiam requireret necessarium determinatum gradum qualitatis, ita ut ad destinationem illius gradus etiam secundum minimum partem desinat quoque substantialis, forma tunc agens, quod non potest destruitur formam substantialem, neque potest gradum illum corrumpere, unte solum erit extrinsecus terminatum ad introductionem qualitatis oppositae, non quia ex se nequeat attingere indivisible terminativum, sed quia a forma contraria impeditur: At si loquar de termino extrinsecis versus parvitas, negamus non dari istum terminum ex natura rei in aliquibus, nam poterit esse quod res aliqua nequeat reperiri sui determinata quantitate, puta palmari, sed bene sub quacunque maiori, contra quem terminum non urget ratio, nam res illa non debet pertinere indivisiblem aliquid quantitatis, sed quantitatem quolibet subiectum indivisible, quod terminum extrinsecus ponitur, cum sit divisibilis, verum ad illam pertinet agendum requiritur maior virtus, urgetur ratio. si diceremus attingi debere aliquod indivisible, sicut ponitur in termino extrinsecis versus magnitudinem.